Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



incipiens a nouissimis
vsq; ad primos. Cum ve
nissent ergo qui circa
vndecimam horam ve
nerant: acceperunt singu
los denarios. Venien
tes autem et primi: arbitra
ti sunt quod plus essent acce
pturi. Acceperunt autem
et ipsi singulos denarios.
Et accipientes murmy
rabant aduersus patrem fa
milias dicentes. Hii no
uissimi vna hora fece
runt: et pares nobis
illos fecisti qui portaui
mus pondus diei et es
tus. At ille respondens vni
eorum dixit. Amice non
facio tibi iniuriam. Non
ne ex denario conuenisti
mecum? Tolle quod tuum
est vade. Volo autem et
huic nouissimo dare
sicut et tibi. Aut non
licet michi quod volo fa
cere? An oculus tuus
nequam est. quia ego bo
nus sum? Sic erunt no
uissimi primi. et primi no
uissimi. Multi enim sunt
vocati pauci vero electi.

Affia. iiij. Ad hebreos

Res Festinemus
ingredi in illam requiem
ut ne in idipsum quis in
cidat incredulitatis ex
emplum. Viuus est enim
sermo dei et efficax et pe
netrabilior omni gladio am
cipiti: et pertingens vsq;
ad diuisionem anime ac spi
ritus. compagum quoq; et
medullarum et discretor
cogitacionum et intencio
num cordis et non est ulla
creatura inuisibilis in
conspectu eius omnia autem nu
da et aperta sunt oculis eius
Ad quem nobis sermo
habentes ergo pontificem
magnum qui penetrauit
celos ihesum filium dei tenea
mus confessionem eius. Non